cogitatio vestit sibi vocem corpore
am absq; sui diminutione. vel ante
vocem vel post vocē. sic filius dei as
sumpsit carnē. nō cōruptionē passus
nec diminutionē. nec ante carnem
nec post carnem. Apud patrē inuisibi
lis. sed hic manens tractauerūt de
verbo vite. Et qđ erat ab initio vidi
mus oculis nostris. Hoc aūt verbū
p carnem purissimā et aiam sanctis
simā quam vnicrat sibi moderaba
tur actiōes corporis sui. tum q; sapi
entia et iustitia erat. tum q; nullā
prōfectus habebat legem in mēbris
suis ēpugnantē legi mētis sue. Hoc
verbū nec sapiētia nec iustitia est.
sed tamē vtrusq; capax. et possūt
ei hec abesse et adesse. abesse autē
paulus. Famulare enim iā nobis
carnis nē seruire vicijs. ꝯ actiōes
et passiones cis ordinare. p eo q;
omnis etas ab adolescentia prona
est in malum. inter flagella quoq;
et gladios eaā sub discrimine mor
tis ad suas ambiens voluptates.
// Felix cuius cogitatio hoc est ver
bum nostrū omēs actiones suas ad
iustitiam dirigit. vt q intentio sana
sit et operatio recta. Felix q̄ passiōes
corporis sui ꝓpter iustitiam ordinat.
vt quicquid patitur. propter dei fi
lium patiatur. quatinus a corde to
latur murmuratio. et in ore versē
gratiarum actio et vox laudis. Qui
sic extulit se iste tulit grabatum su
um. et vadit in domū suam. Grabā
tum corpus est nostrum. in quo pri
me languidi iacebamus. seruientes
desideriis et cōcupiscentijs nostris
Nūc portamus illud cū spiritu re
gimus obedire. q mortuū nostrum
portamus. quia corpus qđ corrūpi
tur mortuū est ꝓpter peccatum. Am
bulamus tamen nō currimus. quia
idem corpus quod corrūpitur ag
grauat aiam. et deprimit terrena
habitatio sensum multa cogitantē.
Ambulamus enim in domū nostrā
In quam domū. In matrem omni
um. quia sepulchra corpus dominī illo
tum in eternum. Qui sub hoc onere
ambulamus. posito eo quid putatis
quomodo curremus. quomodo vola
bimus. Plane super pennas venti
um. // Amplexatus est nos dñs
ihesus per laborem et dolorem nos
trum. adhereamus nos quoq; ei
vicarijs quibusdam amplexibus p
iustitiam et iustitiam suam. actiōes
ad iustitiam dirigendo. passiones
propter iustitiam sustinēdo. dicamus
quoq; cum sponsa. Tenui eū nec
dimittam. Dicamus eciam cum patri
archa. Non dimittam te. nisi bene
dixeris michi. Quid enim iam sup
est nisi bñdictio. Quid post āplexū
nisi osculum restat. Di sic adhere
rem deo. quomodo iam non recla
mare liberet. osculetur me osculo o
ris sui. Ciba nos interim pane la
crimarum. et potum da nobis in la
crimis in mēsura. donec perducas
nos ad mēsuram bonā. et conferti
et cogitatam. quam habes in sinu
nostros. qui es in sinu patris super
omnia benedictus in secula Amē.

In cena domini Sermo de tribus
sacramentis.

Hi sunt dies quos observare debetis. dies pleni pietate ⁊ gratia: quib9 ecclesia sanctorum hominū mentes ad penitentiam provocantur. Tanta siquidem est vis sacramentorum eorum que diebus istis celebrantur: ut possit quoq; ipsa lapidea scindere corda: et pectus omne licet ferreum emollire sufficiat. Veniq; videmus usq; hodie ad passionē xpisti non modo celestia compati. sed terram moueri et petras scindi: et in confessione peccatorū aperiri monumenta. Altero quoniam sic est in spiritualibus ac sicut est in corporalibus. vt in quibusdam statim presto sit sapor. in aliquibus oporteat laborare: que manifesta sunt nostro nō indigēt ministerio: que vero clausa sunt diligentem volunt habere considerationē. Necq; enim tradit mater filio paruulo nucem integrā: & frāgit eam. Dic et ego vobis tm̄ et si possē sacramenta q̄ clausa sūt aperire debueram: & q̄ nunc possū. vtinā vobis mater et michi pater sapiētia frangat nuces istas: nuces inquā quas ptulit sacerdotalis virga. virga vitis quā emisit dñs ex syon // Multa quidē sūt sacramēta ⁊ secretis diis oībus hora nō sufficiat. Fortasse ea aliq̄ vestrū imbecilles sūt ad tāta simul capienda. De tribus itaq; sacramētis que satis congrua sūt huic tempori dicendū erit: q̄d dñs ipse donauerit. Sacramētū dicit sacrū signum: siue sacrū secretū. Multa siquidem fiunt propter se tantū: alia vero propter alia designāda: & ipsa dicuntur signa ⁊ sunt. Vt enim de vsualibus sumamus exēplum: datur anulus absolute propter anulum/et nulla est significatio: datur ad inuestiendum aliquem de hereditate aliqua et signum est: ita vt iam dicere possit qui accipit. Anulus non valet quicq̄: sed hereditas est quam querebam. In hunc itaq; modum approp̄inquans passioni dominus. de gratia sua inuestire curauit suos: vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili prestaret. Ad hoc īstituta sunt omnia sacramenta: ad hoc eucharistie partici patio. ad hoc pedum ablutio. ad hoc denicq; ipse baptismus. iniciū sacramentorum omnium: in quo cōplantamur similitudini mortis eius. Vnde et trina mersio. tradui quod nunc celebrandum est. formam gerit. Dicat enim in exercitibus diuersa sunt signa. ⁊ vt exemplo nunc sunt inuestiture. sēm ea de quibus inuestimur: verbi gratia. inuestitur canonicus per librum. abbas p baculum. episcopus per baculum & p anulum simul: sicut inquam in huiusmodi rebus est: sic & diuisiōes gratiarum diuersis traditē sunt sacramentis. Que est ergo gratia: vnde per baptismū inuestimur: Vtiq; purgatio delictorum. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine: nisi qui solus est mūd9. et in quē pccm nō cadit de9: Huius q̄dē grē sacramētū prius erat arcāsio: vt originalis

rubiginem cuius que manauerat a parentibus primis cultellus erade ret: sed veniente dño qui agnus est totus suauis et mitis: cuius iugum suaue et onus leue: optime satis mutatum est vt inuentā rubiginem ūctione sancti spūs aqua dilueret: et acerbitas illa cessaret// Sed forte querat aliquis et dicat: Di delectum est in baptismo qđ traximus a parentibus: aut adhuc manet cupiditas: fomes et velut incentiuum quoddam peccati: nec ita purgamur baptismate: quin a primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati? Omnes siquidem in prauitate voluntate generamur: propterea licet inuiti illiatos quosdam concupiscentiarum motus: et tanq̄ bestiales sentimus: Dixi vobis superius sepius: nec mēte excidere debet: quoniam in casu primi cadimus omnes: Cadimus autem super acutum lapidum: et in luto: vnde non solum inquinati: sed etiam vulnerati et grauiter quassati sumus: Sanari quidē sic possumus: ad sanandum vero opus ē curatiōe multa Sanamur igitur in baptismo: qz delet̄ chyrographū dampnationis nostre: quia hec gratia nobis cōferē: vt iam nō nobis cōcupiscentia noceat: si tamē a cōsensu abstinēamus: atq; ita tāq̄ sanies iuueterati vlceris remouetur: dū tollitur dāpnatio: et respōsum mortis qđ prius inde manabat// Sz quis poterit tam efferos motus frāgere: quis prurituū vlceris huius ferre queat? Cōfidite quia et in hoc gratia subuenit: et vt securi sitis: sacramentum corporis et sanguinis precios i iuestituram habetis// Duo enim illud sacramentū operatur in nobis: vt videlicet et sensum minuat: et in grauoribus peccatis tollat omnino consensum Di quis vestrum non tam sepe modo nec tam acerbos sentit motus iracundie: iudic: luxurie: aut cetterorū huiusmodi: gratias agat corpori et sanguini domini: quoniam virtus sacramenti operatur in eo: et gaudeat q̄ pessimum vlcus accedat ad sanitatē// Sz tamen quid agimus: q̄ i hoc corpore peccati et in tempore malo nō possumus esse sine pēcō? Nunquid desperabimus? Absit Di diximus aut beatus iohannes quia peccatum non habemus: nosipsos seducamus: et veritas in nobis non est: Di autem confessi fuerimus peccata nostra: fidelis est deus qui dimittit nobis peccata nostra: et emūdet nos ab oī iniq̄tate// Nam vt de remissione cotidianorum minime dubitemus: habemus eius sacramentum pdum ablutionem: Quet̄ forte vnde sciam q̄ sacramentum huius sit remissionis: maxime cū ipse dominus promisent petro dicens: Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea: nichil tñ de sacramēto loquens est: sed tātum exemplum inquit dedi vobis: vt et vos ita faciatis Dicturum multa habebat illis dicere: sed tunc portare non potterant: Deoq; nec ex toto volut eos anxios et suspectos relinquere: nec dicere qđ tūc non caperent// Vis āt nosse quia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pro sacramento illud est. non pro solo exemplo factum? Illud attende qđ petro dictum est Si non lauero te: non habebis partem mecum. Aliquit latet qđ necessarium est ad salutem: quādo sine eo nec ipse petrꝰ partem haberet in regno xpisti et dei. Vide enim si non expauit petrus ad tantum cōminationis terribilem verbum: si non agnouit salutare esse misterium: cum respondit Domine non tantum pedes meos: sed et manus et caput. //

Et vnde scimus qꝫ ad diluenda peccata que non sūt ad mortem. et quibus plene carere non possumus ante mortem ablutio ista pertineat. Ex eo plane qꝫ offerenti manus et caput pariter ad lauandum responsum est: qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. Lotus est qui grauia peccata non habet: caput id est intentio. et manus id est operatio & conuersatio munda est: sed pedes qui sunt affectiones animę dum in hoc puluere gradimur ex toto mundi esse non possunt: quin aliquando vanitati aut curiositati plusqꝫ oportet cedat animus vel ad horam. In multis enim offendimꝰ omnes. Verumptamen nemo contemnat aut peruipendat: impossibile est enim eum saluari: impossibile est ea dilui nisi per xpistum et a xpisto. Nemo inquam pernitiosa securitate torpescat. declinans in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis: quoniam vt audiuit petrus ab ipso: nisi lauerit ea xpistus nec habebimus partem cum eo. Nec ideo tamen pro eis necesse est nimis esse sollicitos: ignoscet facile ymmo et libenter: si modo nos agnoscamus. In huiusmodi namqꝫ quasi incuitabilibus et negligentia culpabilis est: et timor imo detestatus. Hinc est qꝫ in oratione quā ipse instituit. cotidie pro peccatis illis voluit nos orare. Dicat enim de concupiscentia diximus. qꝫ licet dampnationem abstulerit. quia iuxta aplm. nulla dāpnatio ē hijs qui sūt in xpo ihesu: tamen ad humiliandos nos ipsam adhuc patitur vinere in nobis. et grauē affligere nos vt sentiamꝰ quid nobis gratia prestet. et semper ad illius auxilium recurramus: sic & de minoribus istis peccatis pia nobiscum dispensatione agitur vt non penitus auferātur. sed in illis nos deus exerceat. et cum minima cauere nō possumꝰ. certi simus qꝫ non nostris viribꝰ maiora superemus: semperqꝫ timorati. et omnino sollicti simus. quomodo eius gratiam non amittamus: quā nobis multipliciter necessariam esse sentimus

Sermo de quinqꝫ precipuis diebus.

Cum vniuersa fecerit deus in pondere et numero et mensura: specialius tamen ea tempora qꝫ bus in terris visus est et cum hominibus conuersatus est. quecunqꝫ in eis operatus. locutus. aut passus est ita disposuit. vt ne minimū quidem

momentum nec vllum iota a sacramento vacauit aut preteruerit sine misterio. Eudentius tamen quatuor proximos dies. et ipsum quem hodie colimus illustrauit: diem proœssionis. diem refectionis. sue passionis. requietionis sue. resurrectionis sue. Notabiles admodum dies: q inter ceteros insignes magis. // Prima siquidem die gloriam suscipere dignatus est humanam: et cum ingenti quodam tripudio et exultatione vniuerse terre iheroſolimam nō propijs vt hactenus consueuerat pedibus sed iumento vectus intrare. Et hec quidem ad passionem preparatio fuit: exaltata hinc maxime inuidia sacerdotum. Dane venturas aliquando turbas vt raperent eum q regem facerent: fugiens legitur declinasse. Nūc vero et non quesitus affuit. vt tanq̄ rex israhel susciperetur et predicaretur ab eis: quineciam in hec ipā preconia eorum quod dubium non est animos exaltauit. // Dic nimirum et de passione aduertere est. Exijt quandoq; et abscōdit se a iudeis: nec volebat iam ambulare in iudeam palam: quia querebant eum iudei interficere. Daens autem q venerat hora eius: tanq̄ potestatem habens spontaneus ipse se obtulit passioni. Decebat nēpe pontificem nostrum temptari per omnia pro similitudine absq; peccato: vt tanq̄ verus homo/et prospera hominum et aduersa oportune vitaret. oportune susciperet: et vtrarumq; rerum in seipso nobis salutare preberet exemplum. Vt enim temperantie est. preconia populi et seculi huius prospera declinare: sic interdum iustitie est. certo quidem dispensatione admittere ea. Persecutio quoq; et temporalis omnis aduersitas pro loco et tempore prudenter aliquando fugienda erit: aim autem necesse fuerit viriliter toleranda. Et in hijs quidem duobus (prospentatem et aduersitatem loquor) humana omnis vita versatur. Nichilominus tamen in quatuor illis notissimis vtq; virtutum speciebus virtus vniuersa consistit. Ita ergo omnem virtutem implere dignum est cum / in quo plenius inhabitabat omnis plenitudo virtutū: vt notum fieret omnibus. q̄ maxime is sciret habundare scilicet et penuriam pati. Non enim sapientia dei de hijs erat quos occidere posset prosperitas sua: nō dei virtus de hijs quos perdere posset aduersio. Vtrumq; enim scriptum est: q prosperitas non tamen omnium sed stultorum occidat eos: Et aduersio non vtiq; quorumlibet: sed paruulorum perdat eos. // Et modeste tamen hanc ipsam videtur gloriam suscepisse. ad triumphalem occursum in azino veniens: non in curribus aut in equis Et dicebat Si quis vobis aliquid dixerit: dicite quia domnus hijs opus habet Magnum opus: opus salutis. Nempe homines et iumenta saluos facere venerat: multiplicans miserorum diam suam deus. Iniqua nostre

uersionis fouet ista dignatio: vt primū ex aalla filiū generem? Dalutus est ad mādatū dñi qui antea vinct? tenebat. aut nō valēs aut nolēs facere bñ: aut vtroq; fortiq? vinculo alligat? nec volens sc̄z nec valēs. Nō nouit interū pauus in dño gratulan: psuasū tenet placere illi qđ agit: et cōsolatur in eo q? sibi eū quodāmodo sese facere reputet debitorem. Nam processu tēporis in eo magis affiacet. vt suo solliatetur debito: et timeat ne ei forte tantis beneficijs iueniatur ingratus dicens. quia seruus inutilis sum: et bonorū meorū nō egens. At hec quidē vera affectio et fidelis: hic filius libere: at quo anulle filius heres esse nō possit Ita ergo in processione // Cete tum āte passionē affectuosissim? pa terfamilias refectionē suis curauit domesticis exhibere Et in hoc quoq; apparuit benignitas et humanitas saluatoris. Cū dilexisset suos. in finē dilexit eos et dicebat. Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscum: anteq̄ patiar Oportebat enim. Expeticerat enim sathanas vt cribraret sicut triticū: op?erat p̄uenire refectionē Deniq; et si refecti paulominus defecerūt: quid ieiuni fecissēt? Hinc fuit q? nō modo corpa: sed etiā corda eaq; ōmaxime refeat. Neq; enim corporalis passio sed tēptatio spiritalis īstabat: q? singulariter ille futurus esset donec trāsiret. Ea nimirū hostia siqui sola p̄esse potuit. sic sola suffecit: nec deauit xp̄istū simul et petrū. aut iacobū vel iohannem pro salute hoim pati Crucifixi tamen cum eo fuere alij duo sed duo nequā: de q̄b? nulla p̄sus suspitio posset haberi: tēp? ex eis min? efficax sacrificiū supplerētur // Quib? ergo panib? in cena refecit apostolos? Vt ego arbitror quinq;. Deus inquit abus est: vt facā voluntatem patris Cibus vtiq;: sed abus verbis Quid enim eque cōfirmat et corroborat cor humanū. aut ita in omni necessitate confortat et sustentat: vt diuine executio volūtatis velut in quendā anime ventrem conscientie scilicet ingesta? Dic et sermonē diuine exhortationis. et promissionum eius cōsolationem. et crantiū lacrimas panes verbis esse solus ille ignorat: ex iam auuit cor pro eo q? suipsi? panem comedere sit oblitus. Super ōnia autem caro domini verus est abus: et abus vite. panis de celo viuus. Nullum ex hijs in hac tam solēpni cena omni defuisse reperies: si diligenter aduertas Recūbentibus adhuc discipulis surgit a cena: precingitur lintheo: aquam ponit in peluim: discipulorū pedes abluit et extergit. Nō est voluntas carnis et sanguinis hec: voluntas patris est et sanctificatio nostra. Deniq; si non lauero te ait dominus ad petrum obnixius renuentem: non habebis partem mecum. Dām? autem quis dixit cum qui venit ad me nō eiaam foras? quia descendi de celo non vt facā voluntatem meā: sed volūtatē ei? qui misit me Oportune aūt et vtiq; more suo post exemplū oprationis. exhortationis sermonem adiūxit. Inter

loquendū quoq; nā copiosissim9 ex titit sermo: multis eos pmissioni b9 ꝓpter instantem maxime passionem refouere ꝙ refocillare curauit: de resurrectiōe sua. de aduētu paracliti. de coꝛꝛ ꝓfirmatiōe. et de assūptione aliqū ad seipm. ¶ Nec multū post vētū est ad oꝛōnem: ꝙ vsq; tercio factꝰ in agonia oꝛabat. Vbi quidē non solis oculis. ſ quasi mēbris oīb9 fleuisse videtur. vt totum coꝛpꝰ cui9 quod est ecclesia toti9 coꝛporis lacrimis purgaretur. Nā de sacramēto quidē coꝛpis ꝙ sanguis sui. nemo qui nesciat hāc quoq; tā tam et tā singularem alimoniam ea pmū die exhibitam: ea die ꝓmēdatam ꝙ mādatā deinceps frequentari. ¶ Ex hoc iā dies sequitur passionis: in qua nimiū siqut totū humanum saluū fecit. sic de toto se fecit hostiā salutarem: coꝛpꝰ exponens tantis supplicijs et iniurijs: animū vero gemine cuiusdā humanissime cōpassionis affectui. Hinc quidem super merore inconsolabili sanctarū feaꝛ: inde super desperatione ꝙ dispersione discipuloꝛ. In hijs quatuoꝛ etiā dñica fuit: ꝙ hec oīa ꝓpter nos passus est: qui tanta caritate cōpassus est nobis. Ne tumptamen que de eoipso erant finem haberet: sicut ipse lamētantib9 mulieribꝰ ait finem vtiq; celerimū et celeberrimū: primo quidē requiem: deīn resurrectionē. Nos quoq; si festinam9 in illam ingredi requiem: p multas tribulationes nobis meminerim9 transeūdū. Et prius quidē donec sumus in tribulatione magnū nobis videtur aspicere ad requiem: tanꝙ nichil sim9 āplius desideratum. Detū nō erit nobis requies ne in reqe quidem ipsa a desiderio gloꝛie: a desiderio resurrectionis. Amodo inquit dicit spūs: vt requiescant a laboribus suis. A laboꝛe ergo requiescūt qui in domino moꝛiuntur: sed non requiescunt interim a clamoꝛe. Denicq; sub throno dei clamant anime occisoꝛum: quod et si nichil habeant quod molestet. nondū tamē totum habent quod delectet: donec requiem resurrectio donet. donec sabbatum paschа sequatur

¶ Explicāunt sermones beati bernardi abbatis clareuallensis de parte hyemali tam de tempe ꝙ de sanctis.